





IPSO ACADEMIAE NATALI XXX.  
 AVSPICIISQUE  
 SERENISSIMI POTENTISSIMI QVE  
 PRINCIPIS AC DOMINI  
 DOMINI  
**FRIDERICI**  
**WILHELMI**  
**REGIS BORVSSIAE MAR-**  
**CHIONIS BRANDENBURGICI S. ROM.**  
 IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SUPREMI  
 PRINCIPIS ARAVISIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS  
 MAGDEBURGI CLIVIAE IULIACI MONTIVM STETINI POME-  
 RANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM MECKLENVRGI ET IN SILESIA CROS-  
 NAE BURGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE  
 CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBURGI ET MEVRSAE COMITIS HOHEN-  
 ZOLLERAЕ RVPINI MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENVR-  
 GI LINGAE SVERINI BVRHAE ET LEERDAMI MARCHIONIS BVRHAE ET VLIS-  
 SINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STAR-  
 GARDAE IN LAVENBURG BVTOVV ARLAY ET  
 BREDA CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI  
 XI IULII HORA X. CID IOCCXXIV.

### MAGISTRATVS ACADEMICI

PERMVTATIO

INTER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA

FIET

AD QVAE

AVDIENDA ET CONFIRMANDA

**PROCERES AC CIVES**

OFFICIOSE

ET PERHVMANITER

INVITAT

ACADEMIAE PRORECTOR

**IOANNES HENRICVS MICHAELIS**

S.S. THEOLOGIAE DOCTOR EIVSQUE ET LINGVARVM  
 ORIENTALIVM PROFESSOR ORDE-  
 NARIUS.

HALAE MAGDEBURGICAE

Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.



Acro pleni horrore & submissa animi reue-  
rentia sæculum FRIDERICIANAE ingredi-  
muri, hoc est, Natalem Academiæ XXX.  
celebramus, adspirantes ad æternitatem  
pulcerrimis rebus consequendam, oratio-  
ne declarandam. Teutonibus enim nostris triginta an-  
nis sæculum absoluuntur, quod Plinius Maior obseruauit  
de Gallis, quod in Gothorum legibus animaduertimus,  
atque in foro multisque iuris negotiis adnotant legum  
interpretes cordati. Eximia sane felicitas, sublimis ma-  
gnificentia, splendor, dignitas cum animi ornamentis &  
præstanti officii genere coniuncta! Quis namque non  
veneretur DEV M, qui in sublime eduxit LYCEVM hoc  
nostrum, REGEM que excitauit FRIDERICVM σελινον κατεβαντα, claritate potentiae nobilem & maiestatis lumine  
amplissimo coruscantem, REGEM κατηγοριαν, qui veritatis, pro-  
bitatis, ac doctrinæ cultum religioso ministerio promo-  
uit, cuiusque vitam in iuuandis hominibus, ac dilatanda  
per regna & prouincias suas eruditione consumtam re-  
cordamur; multis viis ac rationibus suppeditatis, quibus  
populi bonum & sapientiae sanctissimus ordo vndique  
stabiliretur? Quem sicuti architectum & PATREM præ-  
gloriolum scholæ nostræ dicimus, & rectissimum studiorum GENITOREM; ita FRIDERICVM WILHEL-  
MVM FILIVM certo sensu ANTIPATRVM nominamus,  
imitantes Alexandri M. apud Isidorum Pelusiotam ex-  
positionem: quia αντι πατρος, LOCO PATRIS nobis est,  
meritis, honore, nec minori veneratione dignissimus.  
Quippe absque ILLO eiusque largissimis beneficiis iam  
sæpius periisset Academia nostra, immenso aduersario-  
rum impetu lacerata, atque calamitatum variarum tur-  
bine quassata, nunquam tamen subruta. Est enim IPSI  
certus animus, viuida & robusta virtus, tenor religio-  
nis æquabilis, mens à recto flecti nescia, amor in viros  
fortes & præstantes magnus, qui exceptam veritatis lu-  
cem, & artium utilium fructus lueues cum aliis com-  
municant; cum vicissim iactabundos, & obsoletarum  
rerum

rerum propolas, Scholæque fuliginosæ mala decreta,  
doctorumque iniqua labia, & sterilium quæstionum sti-  
pulas odio prosequatur contemnatque: quamuis sub  
ingenti titulo & specioso professionis nomine inuere-  
cunde venditentur, ineptiæque multæ cum merce-  
dibus discantur. Qua in re quin recte subducat ra-  
tiones, minime dubium est; nec inficiandum quoque,  
**Academias** plures tam corruptis moribus esse infectas,  
vt honestatis, grauitatis, atque veræ doctrinæ delubra  
credat fere nemo; quandoquidem non tam virtutis in-  
strumenta, quam arma peccati earum in exedris inue-  
niuntur. Scit enim infandus hostis, pronam esse iuuen-  
tutem in petulantiam, inque omne vitium propensam,  
eoque generi humano damnosiores reddi adolescentes,  
quo maiori acumine sunt prædicti, siquidem in pernici-  
em publicæ rei illud dirigant, scientiaque ad turpem &  
sceleratam negotiationem abutantur. **NEGOTIATIONIS**  
voce vtimur, quia plerorumque studiosorum hæc ani-  
mi intentio est, vt mercimoniis suis ex Academia conue-  
ctis nundinationem quæstuosam domi instituant, pri-  
uatis intenti lucris, nihil tribuentes DEO, parum alio-  
rum hominum bono ac suo quoque plurimum incom-  
modantes. Quod sane in cauſſa est, quare **PRINCIPES**  
Viri de iis, qui se litteratos nominant, tam magnifice  
non sentiant, quoniam illam iustitiae imaginem, ac fa-  
lutaris artis notam, illam probitatis & verecundiæ egre-  
giam speciem in paucissimis deprehendunt; rati pro-  
pterea, eorum in voluminibus solum tam venusta legi,  
non autem in pectoris scrinio veram sapientiam ab iſtis  
adseruari: adeo vecordi mente apparent tumidi, virtute  
ac sanctimonia vacui, nequitia intolerandi; vt satius  
videatur multo, huiusmodi <sup>μητρικής</sup> in vitæ huius theatro  
mutas agere personas, quam adulterinam profiteri sapi-  
entiam & philosophiam vel prorsus crepare inanem, vel  
peccare docentes in vulgus emittere artes, ac fallendi  
disciplinas. Talis maiestatis sonus quum saepe ad aures  
allapsus sit nostras; hoc certe tempore haud temere tan-  
quam regio ex ore stillans oraculum repetitur, vt, dum  
magi.

Magistratus academici regimen mutatur, & nouum  
FRIDERICIANA annum orditur, nouum quoque CI-  
VES nostri animum induant, inflammatum ad solida &  
iusti imperii moderamini virtutisque & sapientiae frænis  
fubiicendum. Hic enim decor amabiles eos efficiet,  
hæc gloria illustres, hoc paludamentum honorificos &  
dignos, quibus REX potentissimus impertiat omnis  
generis bona, si præfertim innocentia vitæ & præclaris  
facinoribus in oculos hominum conspectumque prod-  
eant, intenti in veræ scientiæ laudem, publicæque salu-  
tis emolumentum, cuius gratia apud nos agunt, sicque,  
expulsa inertia, venerandum tuentes nomen populo a-  
liquando regendo & emendando honori sint, internun-  
tii iustitiae, interpres doctrinæ sanæ, & adiutores ma-  
gnorum operum.

Quæ vt feliciter omnia eueniant, REX noster longe  
indulgentissimus ex aula præcepit sua, vt, me à regimi-  
ne abeunte, VICARIVS RECTOR statueretur Vir solidæ  
eruditionis ac virtutis gloria excellentissimus M. IO-  
ANNES BENEDICTVS MICHAELIS, Professor  
Philosophiæ publicus ordinarius, COLLEGA nobis con-  
iunctissimus, quem, prævia & anniuersariis sacris con-  
gruente oratione, XI. Iulii hora X. stata ceremonia mu-  
nerit tam insigni initiandum publice annuntiamus. Fa-  
xint illustrissimus DANCKELMANNVS, Administster REGIS,  
Regiminis, quod est in Ducatu Magdeburgico, Præses  
eminentissimus vna cum diuersorum collegiorum CON-  
SILIARIIS splendidissimis, COMITIBVS, BARONIBVS, EQVITI-  
BVS, COLLEGIS, CONSVLIBVS, DOCTORIBVS, MYSTIS, quo dies  
Academiæ natalis tot primiorum atque honestissimo-  
rum hominum comitatu magnificentior appareat, ex-  
emplumque laudis habeant litterarum STVDIOSI ac CI-  
VES nostri, quod imitentur pacifici & modesti. Promitti-  
mus pro hoc singulari beneficio, quidquid in nobis ar-  
tis est, & officii & humanitatis. P. P. Halæ  
Magdeburgicæ VI. Idus Iulias.

CICCC XXIV.

¶ (o) ¶





gb 1633.  
4°



( n. c.



IPSO ACADEMIAE NATALI XXX.  
 AVSPICISQUE  
 SERENISSIMI POTENTISSIMI QVE  
 PRINCIPIS AC DOMINI  
 DOMINI  
**FRIDERICI**  
**WILHELMI**  
 REGIS BORVSSIAE MAR-  
 CHIONIS BRANDENBURGICI S. ROM.

ARCHICAMERARI ET ELECTORIS SUPREMI  
 CIPIS ARAVISIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS  
 EBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POME-  
 CASSVBIORVM VINIDORVM MECKLENBURGI ET IN SILESIA CROS-  
 RGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE  
 VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MEVRSÆ COMITIS HOHEN-  
 RAEBVRPINI MARCAE RAVENSBURGÆ HOHENSTEINI TECKLENBUR-  
 GAE SVERIN BVRHÆ ET LEERDAMI MARCHIONIS BVRHÆ ET VLIS-  
 AE DYNASTÆ IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STAR-  
 GARDÆ IN LAVENBURG BTVOVV ARLAY ET  
 BREDA CETERA

S ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI  
 XI IVLII HORA X. CIO 10CCXXIV.

**MAGISTRATVS ACADEMICI**  
 PERMVVTATIO

TER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA  
 FIET

AD QVAE  
 AVDIENDA ET CONFIRMANDA  
**PROCERES AC CIVES**  
 OFFICIOSE  
 ET PERHVMANITER  
 INVITAT

**ACADEMIAE PRORECTOR**  
**DANNES HENRICVS MICHAELIS**  
 THEOLOGIAE DOCTOR EIVSQUE ET LINGVARVM  
 ORIENTALIVM PROFESSOR ORDI-  
 NARIVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
 Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

Farbkarte #13

